

**Dissertatio medica inauguralis, de erysipelate ... / Eruditorum examini
subjicit Jacobus Dobbin.**

Contributors

Dobbin, Jacobus.
Wishart, William, -1753.

Publication/Creation

Edinburgi : Apud Hamilton, Balfour, et Neill, 1751.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/y5vf7g2t>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

DISSERTATIO MEDICA

INAUGURALIS,

D E

ERYSIPELATE:

QUAM

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

Ex auctoritate reverendi admodum viri

D. GULIELMI WISHART, S. T. D.

ACADEMIAE EDINBURGENAE PRAEFECTI;

N E C N O N

Amplissimi SENATUS ACADEMICI consensu,
et nobilissimae FACULTATIS MEDICAE decreto;

PRO GRADU DOCTORATUS,

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS ET PRIVILEGIIS
RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,
ERUDITORUM EXAMINI SUBJICIT

JACOBUS DOBBIN, HIBERNUS.

Ad diem 21 Junii, hora locoque solitis.

Phoebe fave, novus ingreditur tua templa sacerdos. TIBUL.

E D I N B U R G I :

Apud HAMILTON, BALFOUR, et NEILL.

M,DCC,LI.

D 1294 N. A. T. C. V. E. D. I. C.

1294 N. A. T. C. V. E. D. I. C.

JACOBUS DOBRIN M.D.

URUGI P. A. T. C. V. E. D. I. C.

PARATUR SUO

PARATUR SUO

URUGI P. A. T. C. V. E. D. I. C.

URUGI P. A. T. C. V. E. D. I. C.

URUGI P. A. T. C. V. E. D. I. C.

URUGI P. A. T. C. V. E. D. I. C.

URUGI P. A. T. C. V. E. D. I. C.

URUGI P. A. T. C. V. E. D. I. C.

URUGI P. A. T. C. V. E. D. I. C.

URUGI P. A. T. C. V. E. D. I. C.

URUGI P. A. T. C. V. E. D. I. C.

URUGI P. A. T. C. V. E. D. I. C.

URUGI P. A. T. C. V. E. D. I. C.

URUGI P. A. T. C. V. E. D. I. C.

URUGI P. A. T. C. V. E. D. I. C.

URUGI P. A. T. C. V. E. D. I. C.

URUGI P. A. T. C. V. E. D. I. C.

URUGI P. A. T. C. V. E. D. I. C.

JACOBO DOBBIN, M. D.

MEDICO PRAESTANTISSIMO,
PATRUO SUO
BENIGNISSIMO;

NEC NON,

GULIELMO DOBBIN, ARMIGERO,

PATRI SUO INDULGENTISSIMO,
AMATISSIMO,

HASCE SUORUM STUDIORUM PRIMITIAS
SACRAS VULT

JACOBUS DOBBIN.

D I S S E R T A T I O M E D I C A

J V N D D O B L U M D

M E D I C O P R E S C R I P T I O N E

A M E R I C A

E X C H A N G E

C U R I E M O D O R A M I R A C U L A

C U R I E M O D O R A M I R A C U L A

C U R I E M O D O R A M I R A C U L A

C U R I E M O D O R A M I R A C U L A

C U R I E M O D O R A M I R A C U L A

C U R I E M O D O R A M I R A C U L A

C U R I E M O D O R A M I R A C U L A

C U R I E M O D O R A M I R A C U L A

C U R I E M O D O R A M I R A C U L A

C U R I E M O D O R A M I R A C U L A

C U R I E M O D O R A M I R A C U L A

C U R I E M O D O R A M I R A C U L A

C U R I E M O D O R A M I R A C U L A

C U R I E M O D O R A M I R A C U L A

A

DISSERTATIO MEDICA

INAUGURALIS,

DE

ERYSIPELATE.

ERYSIPELAS est inflammatio, late se exten-
dens, splendens, cum calore, dolore, et colore
ex rubro flavescente; quae externa integumenta,
vel internas corporis partes membranaceas, occu-
pat. Bene notus erat hic morbus veteribus; causam au-
tem ejus non tam clare illis innotuisse appetet ab insonte ac-
cusata bile, quam pro hujus mali origine illos habuisse ex
Galeni verbis patet, * εἰδὸς ἵξ αἴματος ὡς Ξανθῆς χολῆς θερμοτέρων τῷ
διορτος μικτὸν εἶν τὸ φεύγα, ἢ ἵξ αἴματος μὲν, ζεόντος δὲ καὶ λεπτοτάτου τὴν
σύσασιν, Ερυσίπελας τὸ πάθος καλεῖται. In eadem fuisse sententia
plurimos † antiquorum alios, ex eorum scriptis colligere fas
est. Mihi oriri videtur eodem modo ac inflammationes
aliae; et medius esse inflammationis gradus inter phlegmo-
nen et oedema, quorum illa, in majoribus, hoc, in mino-
ribus vasis, locum habet. Si propius ad phlegmones na-
turam accedit, dicitur Erysipelas † Phlegmonodes: si po-

A tius

* Meth meden. ad Glauc. lib. 2. cap. 1. charter. tom. x.

† Paul. Æginet. de re medica, lib. 4. cap. 17.

Ætius Tetr. 4. serm. 2. cap. 59.

Actuarius meth. meden. lib. 2. cap. 12.

‡ Galen. meth. meden. ad Glauc. lib 2. cap. 1. charter. tom. x.

tius ad oedematis naturam vergat, dicitur Erysipelas* Oedematofum.

ERROR aliquis in non naturalibus, ut dicuntur, huic morbo ortum praebet. Eum saepe suscitavere vehementiora animi pathemata, praesertim ira: haud raro oritur ex aere nimis calido, necnon ex subita refrigeratione corporis prius calefacti: et frequenter in causa est cibus calidus nimis larga copia ingestus, ut et potus exaestuans, crebraque ebrietas: denique si in corpore dispositio sit ad Erysipelas, vel ex plethora, ex affectione † haereditaria, ex omissa vel impedita evacuatione aliqua solenni, vel ex eo quod antea insultum fecerat, causa satis levis invasioni hujus mali occasionem praebere possit.

NULLO non anni tempore invadit hicce morbus; obser vant autem plurimi ‡, quod exeunte aestate frequentius occurit. Etsi saepenumero satis subito corripiatur aeger, eruptionem frequenter praecedit horripilatio, sitis, calor, quietudo, et symptomata alia quibus febris constipari solet. Progressa aliquamdiu febris (saepe satis valida, saepe non tam manifesta,) inflammationem producit in aliqua parte, unde augetur febris, quae attamen paululum plerumque eruptioni cedit.

PARS

* Galen. meth. meden. lib. 14. cap. 4. charter. tom. x.

† Frederic. Hoffman. opera omnia, tom. 2. p. 100.

‡ Sydenham. de feb. Erysip.

Van Swieten. comment. aph. §. 723.

PARS affecta dolore urgetur acerrimo, splendet, tactui parum cedit, colorem induit ex rubro flavescentem, et licet rubor evanescat ubi digito urgetur, statim sublata pressione, eodem rursus imbuitur colore: pars etiam haud raro tumet; hicce autem tumor aliquando non ita notabilis est, et si aliquando fatis magnus, quod accidere videtur, quando inficitur etiam subposita cellulosa substantia: haec Galeni opinio fuisse videtur, qui dicit *, ὥσπερ γν̄ η προτέρα (φλεγμονή) συνεπιλαμ-
βάται τι καὶ τὸ δίφρατος, οὐτω καὶ οὐδὲ (έρυθριπελας) τῆς υποκειμένης αὐτῷ
επρόκειτο.

NULLA corporis pars, ubi datur cutis, ab hoc malo immunis est, nunc extremitates obsidet, nunc mammae dehonestat, ac varia omnino et incerta est ejus sedes; observant autem autores, quod faciem + praecipue occupat, eamque foedam turpemque reddit, ubi paulo ante sedem fixisse gratiae videbantur; tota denique corporis superficies ejus furori exponitur: nec tutiora, licet recondita, sunt ipsa viscera; sed ex practicorum + observatione hac infestantur lue, et cum maximo nostro damno saepius contabescunt.

PRIUSQUAM

* Meth. meden. lib. 14. cap. 2. charter. tom. x.

+ Sydenham. ibid.

Lommii obser. medicin. lib. 2. p. 267.

Van Swieten, loco jam citato.

† Hippoc. lib. 1. de morb. sec. 2. et lib. 2. sec. 3.

Paul. Aeginet. de re medica, lib. 3. cap. 8. et cap. 46.

Alex. Trall. lib. 5. cap. 2.

Aetii Tetr. 2. fer. 1. cap. 89. et fer. 2. cap. 26.

Theophil. Bonet. sepulchr. lib. 1. sec. 7. obser. 2.

PRIUSQUAM prognosin satis certam, in hoc vel in ullo ferme alio morbo, statuere possumus, plurima consideranda veniunt, quae eam toto coelo diversam reddere possint. Pars * quam obsidet morbus, inflammationis gradus, aegri aetas, habitus, sexus, crafis, tum et multa † alia cognosci debent: et haec omnia explorata habere prius oportet medicum, quam de morbi eventu sententiam suam profari audeat.

Si cerebrum ejusve membranas, vel unum ex visceribus magis nobilibus, affligat morbus, necesse est ut plus periculi secum afferat, quam si extremos occupasset corporis artus.

MAXIMA etiam differentia oriri potest ex conditione partis antequam morbi saevitatem experta est; e. g. ait Hippocrates ‡, "Ην γυραιη κυρσην ἐρυθίπελας ἐν τῇ υἱέρη γενεται θαρατῶδες. Malum etiam pronunciat Erysipelas || ab ossis denudatione.

Si aegri habitus sit scorbuticus, vel si impedito mensium fluxu, vel suppressa alia quadam solenni evacuatione, se se prodat

* Patet pariter in febribus talibus Erysipelatosis varium eventum imprimis pendere a partibus illis quas natum ex febre Erysipelas occupat. Van Swieten. comment. aph. §. 593.

† Neque ignorare oportet, quae sit aegri natura: humidum magis, an magis siccum corpus ejus sit: validi nervi an infirmi: frequens adversa valetudo, an rara, eaque cum est, vehemens esse soleat an levius; brevis, an longa: quod is vitae genus sit secutus; laboriosum an quietum; cum luxu an cum frugalitate. Ex his enim similibusque, saepe curandi nova ratio ducenda est. Corn. Celsus de med. praef.

‡ aph. 43 f. 5.

|| aph. 19. f. 7.

prodat Erysipelas, cum majore vi saevire possit morbus, difficiliorque devenit curatio.

SED ubi naturalis morbi malignitas augmentum non capit ex infausta tali dispositione, satis propitia mihi videtur prognosis.

CAUTE tamen progrediendum, ac cavendum, ne infausta medendi methodo aeger orco tradetur, quem ipsa fortasse natura, fibi relicta, a morbi vi liberaasset. Ut invado sint omnia igitur hisce satisfaciendum indicationibus ;

1^{mo}, Impediatur, si possibile sit, ulterior morbi progressus.

2^{do}, Leniantur symptomata magis urgentia.

3^{tio}, Expellatur e corpore materies peccans.

4^{to}, Praecaveatur morbi reditus.

AD priores duas indicationes absolvendas, nil efficacius videtur, quam inflammationis causam amovere, aut saltem ejus effectus minuere ; in hunc finem extemplo sepe offert venaefectio, quae, si modo ejus usum pulsus admittat, spem raro fallit. Sydenhamus * suadet, quod si non sufficiat operatio prima, denuo repetatur, et etiam ad tertiam usque vicem, si intensior urget febris, interposito die uno. Me non latet multos a sanguinis missione abhorrere, in erupti- onibus cutaneis ; sed quando fractae vires, aut pulsus debilis, aut alia aequalis momenti contraindicatio non vetant,

B

per

* Loco citato.

per phlebotomiam liberatur pondere corpus inutili, ac liberiū officio suo fungi potest natura. Nobis affirmat Freind, * nullum fuisse experimentum a se saepius expertum, aut cum successu magis felici. Alvis eodem tempore laxa servanda, eccoproticis † lenioribus, aut clysmatum usu.

GALENUS recte observat ‡, τὸ μὲν ἦν ἀκρίβεις ἐρυσίπελας αὐτῷ τῷ δέρματος μονῷ πάθος ἐστιν. quare ad tertiam indicationem respondendam, rationalis medendi methodus esse videtur, materiae morbificae expulsionem moliri, eodem modo quo ipsa natura eam eliminari conatur; secundum Hippocratis consilium ||, Αδεῖ ἄγειν, ὅκα ἀν μάλιστα ρέπη, ταύτη ἄγειν, διὰ τῶν ξυμφερόντων χορίων. In hunc finem aeger affiduo bibere debet potum tenuem, tepidum, aquosum, atque acidulum, per quem diaphoresis affidua, sed levis sustentari possit; quo pacto attenuabitur sanguis viscidus, et aptior reddetur ad transendum per vasa minima, et ejicientur inutiliores particulae circulationi jam offensae. Aegri corpus summa cura protegi debet ab externo frigore, et eodem tempore ita fugias ne praeter casam: pars affecta speciatim justo majorem aut frigoris aut caloris gradum pati non oportet; quorum uterque modo quam diversissimo eosdem produceret effectus, augmentum scilicet inflammationis.

SI quod interna depascitur Erysipelas suspicari est, (heu! quod

* Hist. medicin.

† Vid. Mead monita medica. sec. 6. de Erysipelite.

‡ Meth. meden. ad Gläuc. lib. 2. cap. 1. charter. tom. x.

|| aph. 21. f. 1.

quod cognitu sit tam * difficile), totis innitendum viribus, ut foras ducatur, atque ut prohibeatur ne ad interiora redeat; olim enim observavit Cous † senex, ἐρυσίπελας ἔξωθεν μὲν ἔστω τρέπεσθαι, ωκεὶ ἀγαθόν τοιούτοις ἔξω, ἀγαθόν. Cui proposito forsan inserviret totam corporis superficiem balneo vaporis tepido laxam reddere, et peccantem materiam ad exteriora allicere diaphoresi leni et assidua. Si hoc efficere non possumus, de aegro conclamatum est; nam ab Erysipelate intro pulso internarum partium inflamatio, gangraena, et spacelus; asthma convulsivum, vertigo, affectus soporosus, deliria, phrenitis, et mala plurima alia pejora morte, quae paucis diebus aegrum e medio tollit ‡, ni quod intus est diffusum fuerit ac foras transeat.

Si externe appetet Erysipelas, aut si ulla arte ad externam corporis superficiem determinari potest, applicationes quaedam topicae aegro multum profint; sed summa cautela adhibeantur est necesse. Nil justius verbis Hoffmanni,
 “ || Sed quantus abusus deprehendatur topicorum in Erysipelite capit is eloqui ex digno non possumus; est certe
 “ Erysipelas affectus qui cautissimam externorum requirit
 “ applicationem.”

ADSTRINGENTIUM gens tota noxia mihi videntur, nam per ea augetur vasorum actio in materiam jam nimis impa-
 Etam,

* Nulla enim signa sunt, quae hanc febrim Erysipelatosam distinguant.—
 Van Swieten comment. aph. § 593.

† Hippoc. aph. 25. f. 6.

‡ Hippoc. lib. 1. de morb. sec. 2.

|| Frederic. Hoffman. opera omnia, tom. 6. p. 326.

Etiam, per quod pertinacior fit obstructio, violentior redditur inflammatio: aut si per earum vim retropellitur subito materies peccans, a vero non absimile est, quod natura nimis onusta sese liberet, deposita materie in viscus quoddam nobilis, sicque cito satis de aegro actum sit, ni rursus ad exteriora vergat. Galenus conscientius fuisse videtur periculi quod astringentium usum comitatur, nam etsi in Erysipelite refrigerationem laudaverat, addit statim *, οὐ μὴν ἀκίνδυνος γε ἡ τοιάντη θεραπεία παντὶ σώματι, διὰ τὸ φέρεσθαι τὴν χολὴν ἐνιστεῖ πρός τι τῶν ἐπικαίρων μορίων. "Οπός γε καὶ ὅταν ἀιματικύχηται πλεονάζον ακίνδυνος εἰς τῶν ακύρων μορίων ἀποθέοθαι τὸ φεῦμα. Et Hippocrates dicit †, ἐρυσίπελας τὸ μὴ ἐλκύμενον (ἀφελέα) ἐπεὶ τὸ γε ἐλκύμενον βλάπτει.

MEDICAMENTA omnia quae potenti relaxandi vi praedita sunt, hoc malum sibi comitem habent, quod magnum humorum fluxum attrahunt in partem jam nimis distentam, et idcirco tantum abest ut profint, quod augmentum afferunt morbo.

APPLICATIONES oleosas ut poros occludunt exitumque negant perspirationi, multum nocere necesse est: exemplum narrat Hildanus ‡ Erysipelatis oleo inuncti in gangraenam terminati. Ex auctoribus etiam constat || Erysipelas ex oleoforum

* Meth. meden. lib. 14. cap. 3. charter. tom. x.

† aph. 23. f. 5.

‡ Centur. 1. observ. 82.

|| Boerh. praelect. academ. par. 765.

Van Swieten comment. aph. §. 718.

osorum applicatione ertum duxisse; parum ab his igitur promovetur cura.

NONNULLI suadent micam panis lacte tepido macerati affectae parti applicare, quae forsan non male cederet, si nimis non relaxaret, et si ut cito acescit, eam saepius renovare non esset necesse, per quod frigori, aliisque incommodis exponitur aeger.

QUIDAM parti amyllum inspergere sat esse credunt, quod neque refrigerat neque plus justo calefacit, nec mutari tam frequenter requirit.

ALII partem involvi jubent panniculis laneis prius manufactis in decocto quodam tepido attenuanti; quod componi potest ex spiritu mindererri, tartaro tartarizato, &c.

ALII nil amplius necesse existimant, quam partem a frigore per laneos panniculos protegere, aliamque applicacionem omnem supervacaneam censent.

TALI aliqua methodo forsan per resolutionem curari possit morbus, cane etenim pejus et angue, vitanda sunt omnia quae suppurationem * promovent priusquam omnis evanuit
spes

* Incidere hic non raro solet, ut ad suppurationem Erysipelas transeat; unde pessima plerumque diurna item ac late serpentia nasci solent ulcera. Laur. Heist. institut. chirur. tom. 1. de Erysip.

spes resolutionis, et adhuc multo cautius arcenda est gangraena; monet Hippocrates * επὶ ἐρυσιπέλατη σηπεδών, ἡ ἐκπύνοις, (χακός.)

ÆGRI cibo interea prospiciendum, qui talis esse oportet ut facile concoqui possit; e. g. Jusculum leve, poma assata, biscoctum cum thea, gelatina panis, &c. potus convenientissimus erit liquor aliquis tenuis tepidusque, ut oryzae decoctum, aut ptizana, cui addi possint poma, cerasa, pruna, ad gratam conciliandam aciditatem: si violentior urget febris, pauxillum nitri adjicere non nocebit.

DE caeteris non naturalibus aequalis habenda est ratio: cavendum ne nimis evigilet aeger, ac si febris dolorve impedit quo minus somno (beneficio hominibus gratissimo, amicissimo) fruatur, necessitas adesse queat opiate propinandi.

ÆGRI mentem non minus quam ejus corpus quietam servare oportet, et a violentioribus omnibus pathematibus serenam.

SI hac methodo faeliciter aegrum sanitati restituere possumus, ad quartam respondendam indicationem necesse erit, per repetita lenia purgantia ejus corpus liberare ab omnibus pravis humoribus, partemque antea affectam spciatim,

* aph. 20. f. 7.

ciatim, et universum in genere corpus, firmare, ne rur-
sus invadat morbus, quod haud raro ex autorum testimo-
niis accidit: si ex causa aliqua nota ortum duxit morbus,
praecavendus ejus ~~causae~~ reditus; et ad solitam vitae ra-
tionem paulatim et caute redeat, sanitati jam ferme re-
stitutus aeger. Institutum aquarum mineralium usum sub
congruo regimine multum laudat Hoffmannus * ad corpus
ab hujus mali reditu vindicandum.

De Erysipelite singulas corporis partes occupante men-
tionem facere ex consulo omisi, cum pauca tantum profer-
re de Erysipelite in genere, hujus Academiae legibus ob-
temperaturus, animum induxi.

* Opera omnia, tom. 2. p. 102.

F I N I S.

100-120 kg. - 1000-1200 kg. - 1000-1200 kg. - 1000-1200 kg.